

Lucifer<sup>1</sup> amborum natalibus adfuit idem ·  
 Una celebrata est per duo<sup>2</sup> liba dies.  
 Hæc est<sup>3</sup> armiferæ festis de quinque Minervæ,  
 Quæ fieri pugnâ prima cruenta solet.  
 Protinus excolimur<sup>4</sup> teneri, curâque parentis  
 Imus ad insignes<sup>5</sup> urbis ab arte viros.  
 Frater<sup>6</sup> ad eloquium viridi tendebat ab ævo,  
 Fortia verbosi natus ad arma fori.  
 At mihi jam puero cœlestia<sup>7</sup> sacra placebant ·  
 Inque suum furtim Musa trahebat opus.  
 Sæpe pater dixit : Studium quid inutile tentas ?  
 Mœonides nullas ipse reliquit opes.  
 Motus eram dietis : totoque<sup>8</sup> Helicone relicto,  
 Scribere conabar verba soluta<sup>9</sup> modis.  
 Sponte<sup>10</sup> suâ carmen numeros veniebat ad aptos :  
 Et, quod tentabam dicere, versus erat.

<sup>1</sup> *Lucifer*, un mismo día. <sup>2</sup> *Per duo*, por dos sacrificios. <sup>3</sup> *Hæc est*, este es, de las cinco fiestas de la guerrera Minerva, el día en que se celebraban los primeros juegos de los gladiadores. <sup>4</sup> *Excolimur*, nos instruyen en la niñez. <sup>5</sup> *Insignes*, célebres en la enseñanza. <sup>6</sup> *Frater*, mi hermano se inclinaba á la elocuencia desde sus tiernos años, nacido para la defensa de las causas que se relatan en el foro. <sup>7</sup> *Cœlestia*, la divina poesía, y la inclinación á ella me arrastraba á hacer versos á hurtadillas. <sup>8</sup> *Totoque*, y dejada del todo la poseía. <sup>9</sup> *Verba soluta*, en prosa. <sup>10</sup> *Sponte*, naturalmente me venían los versos á su justa medida...

*Per duo liba* : *libum* propiamente significa la torta hecha de harina, miel y aceite que ofrecían en los sacrificios y con especialidad en los que hacían cuando nacía alguno.

*Minervæ*, celebraban los Romanos en el día 19 de Marzo unas fiestas á la diosa Minerva con el nombre de *Quinquatria*, porque duraban cinco días : el segundo día de estas fiestas, que era el día 20 de Marzo, era sagrado, porque en él se tenían los juegos de los gladiadores. En el primero no se tenían dichos juegos.

*Frater*, este era Lucio Ovidio Nasón.

*Cœlestia*, llámala así porque la poesía parece que en sí contiene alguna cosa

sobrenatural, como lo da á entender Marco Tulio cuando dice en su oración á favor del poeta Arquias : *Poetam..... quasi divino quodam spiritu offlari*. Y poco despues dice que Enio llama sagrados á los poetas : *quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur*.

*Inque*, dice esto, porque su padre no podía llevar que se dedicase á la poesía.

*Mœonides*, Homero, natural de Meonia, príncipe de los poetas griegos.

*Helicone*, un monte consagrado á las Musas.

*Purpura*, véanse los Ritos, tomo 2.<sup>o</sup> *Vastidos*.

Interea, tacito passu<sup>1</sup> labentibus annis,  
 Liberior fratri sumpta mihi que toga<sup>2</sup> est;  
 Induiturque humeris cum lato purpura<sup>3</sup> clavo;  
 Et studium<sup>4</sup> nobis, quod fuit antè, manet.  
 Jamque decem vitæ frater geminaverat<sup>5</sup> annos,  
 Cùm perit; et cœpi parte carere mei.  
 Cepimus et teneræ primos ætatis<sup>6</sup> honores,  
 Deque viris quondam pars tribus una fui.  
 Curia restabat<sup>7</sup> : clavi mensura<sup>8</sup> coacta est ·  
 Majus erat nostris viribus illud onus,  
 Nec patiens<sup>9</sup> corpus, nec mens fuit apta labori,  
 Sollicitæque fugax ambitionis eram  
 Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores  
 Otia, judicio semper amata meo.  
 Temporis illius colui fovique poetas;  
 Quotque aderant vates<sup>10</sup>, rebar adesse deos.  
 Sæpe suas volucres leget mihi grandior ævo,  
 Quæque necet serpens, quæ juvet herba, Macer  
 Sæpe suos solitus recitare Propertius<sup>11</sup> ignes,

<sup>1</sup> *Tacito passu*, insensiblemente. <sup>2</sup> *Liber or toga*, tomamos mi hermano y yo la toga libera, ó viril. <sup>3</sup> *Lato purpura*, la banda latí-clavia de púrpura. <sup>4</sup> *Studium*, inclinación. <sup>5</sup> *Geminaverat*, había ya cumplido veinte años. <sup>6</sup> *Primos ætatis*, las primeras dignidades de la edad juvenil. <sup>7</sup> *Curia restabat*, me faltaba el ser senador. <sup>8</sup> *Clavi mensura*, me abstuve de la dignidad de senador. <sup>9</sup> *Patiens*, ni mi cuerpo era robusto, ni mi ánimo á propósito para este trabajo, y huía de la congajosa ambición; y las Musas me aconsejaban buscarse el descanso seguro, que siempre preferí en mi dictamen. <sup>10</sup> *Vates*, poetas. <sup>11</sup> *Propertius*, Propercio sus amores.

*Honores*, las dignidades que daban á los jóvenes, eran el ser ediles, cuestores, triunviro y algunas otras.

*Clavi mensura*, significa propiamente la banda que llevaban los senadores. Dice, pues, el poeta, que se había abstenido de esta dignidad por ser una carga superior á sus fuerzas, por lo que había estrechado y reducido lo ancho de la banda, que es lo que literalmente significan las palabras : *mensura clavi coacta est*. Y no se opone á esto lo que arriba acaba de decir : *Induiturque humeris cum lato purpura clavo*, pues

en esto no da á entender que fuese ya de hecho senador, sino que por privilegio se la habían concedido, como para disponerle al orden senatorio.

*Aoniæ sorores*, las Musas, llamadas así de la region montuosa de Beocia, consagrada á ellas.

*Macer*, Lucio Emilio Macer fué natural de Verona, y escribió en verso la historia natural de las aves, serpientes, yerbas, etc.

*Propertius*, Sexto Aurelio Propercio, caballero romano, aunque nacido en Umbria.



Jure sodalitii qui mihi junctus erat.  
 Ponticus <sup>1</sup> heroo, Bassus quoque clarus iambo,  
 Dulcia convictus membra fuere mei.  
 Et tenuit nostras numerosus <sup>2</sup> Horatius aures,  
 Dum ferit <sup>3</sup> Ausoniâ carmina culta lyrâ.  
 Virgilium vidi tantum: nec avara Tibullo  
 Tempus amicitiae fata <sup>4</sup> dedere meæ.  
 Successor fuit hic tibi, Galle; Propertius illi;  
 Quartus ab his serie temporis ipse fui.  
 Utque ego majores, sic me coluere minores:  
 Notaque non tardè facta Thalia mea <sup>5</sup> est.  
 Carmina cum primùm populo juvenilia legi,  
 Barba resecta mihi bisve semelve fuit.  
 Moverat ingenium totam cantata per urbem  
 Nomine <sup>6</sup> non vero dicta Corinna mihi.  
 Multa quidem scripsi: sed quæ vitiosa putavi  
 Emendaturis ignibus ipse dedi.  
 Tum quoque cum fugerem <sup>7</sup>, quædam placitura cremavi,  
 Iratus studio carminibusque meis.  
 Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis  
 Cor <sup>8</sup> mihi, quodque levis causa moveret, erat.  
 Cum tamen hocessem, minimoque accenderer igni,  
 Nomine sub nostro fabula nulla <sup>9</sup> fuit.  
 Pæne mihi puero nec digna, nec utilis uxor  
 Est data: quæ tempus per breve nupta fuit  
 Illi successit, quamvis sine crimine, conjux,  
 Non tamen <sup>10</sup> in nostro firma futura toro

<sup>1</sup> Ponticus, los poetas Póntico y Baso, esclarecidos uno en el verso exámetro y el otro en el yámbico. <sup>2</sup> Numerosus, cautivó mis oídos el armonioso Horacio. <sup>3</sup> Dum ferit, cuando cantaba sus exquisitos versos líricos latinos. <sup>4</sup> Nec fata, ni la avarienta muerte. <sup>5</sup> Thalia mea, mi Musa no tardó en hacerse famosa. <sup>6</sup> Nomine, con nombre supuesto. <sup>7</sup> Cum fugerem, al salir desterrado. <sup>8</sup> Cor molle, un corazón tierno y no insensible á las flechas de Cupido. <sup>9</sup> Fabula nulla, no se contó de mí enredo alguno. <sup>10</sup> Non tamen, que no había de estar mucho tiempo casada conmigo...

Ponticus, escribió Póntico en verso heróico la guerra de Tébas.  
 Nec fata, dice esto, porque el poeta Tibulo murió joven, y siendo

Ovidio de pocos años.  
 Galle, Cornelio Galo Este también fué poeta.

Ultima, quæ mecum seros permansit in anros,  
 Sustinuit conjux exsulis esse viri.  
 Filia me primâ mea bis fœcunda juventâ,  
 Sed non ex uno conjuge, fecit avum.  
 Et jam <sup>1</sup> complerat genitor sua fata, novemque <sup>2</sup>  
 Addiderat lustris altera lustra novem.  
 Non aliter flevi, quàm me fleturus ademptum  
 Ille fuit: matri proxima <sup>3</sup> justa tuli.  
 Felices ambo, tempestivèque <sup>4</sup> sepulti,  
 Ante diem pœnæ quòd periire meæ!  
 Me quoque felicem, quòd non viventibus <sup>5</sup> illis  
 Sum miser, et de me quòd doluere <sup>6</sup> nihil!  
 Si tamen extinctis <sup>7</sup> aliquid, nisi nomina <sup>8</sup>, restat,  
 Et gracilis <sup>9</sup> structos effugit umbra rogos;  
 Fama, parentales, si vos mea contigit, umbra <sup>10</sup>,  
 Et sunt in Stygio crimina nostra foro <sup>11</sup>;  
 Scite, precor, causam (nec vos mihi fallere fas est)  
 Errorem jussæ, non scelus, esse fugæ.  
 Manibus <sup>12</sup> id satis est: ad vos <sup>13</sup> studiosa revertor  
 Pectora, qui vitæ quæritis acta meæ.  
 Jam mihi canities, pulsus melioribus annis,  
 Venerat, antiquas miscueratque comas:  
 Postque meos ortus Pisæâ vinctus <sup>14</sup> olivâ  
 Astulerat decies præmia victor eques:

<sup>1</sup> Et jam, y ya había muerto mi padre. <sup>2</sup> Novemque, y había cumplido noventa años. <sup>3</sup> Matri proxima, hice las exequias de mi madre inmediatamente. <sup>4</sup> Tempestivèque, y muertos á buen tiempo, porque murieron antes del día de midestierro. <sup>5</sup> Non viventibus, no en vida de ellos. <sup>6</sup> Doluere, no les di sentimiento. <sup>7</sup> Extinctis, después de muertos. <sup>8</sup> Nisi nomina, además de la fama. <sup>9</sup> Et gracilis, y el espíritu sutil evita la leña preparada para quemar el cuerpo (esto es, el alma es inmortal). <sup>10</sup> Umbra, ó almas de mis padres. <sup>11</sup> In Stygio foro, en el tribunal del infierno. <sup>12</sup> Manibus, hasta esto para excusarme con las almas de mis difuntos. <sup>13</sup> Ad vos, á vosotros, apasionados lectores míos, que deseáis, etc. <sup>14</sup> Pisæâ vinc-tus, y el vencedor coronado de la oliva de Pisa, había conseguido

Lustra, cada lustro son cinco años, por lo que diez y ocho lustris componen los noventa años.

Nisi, lo mismo que præter.

Olivâ, los que salían vencedores

en los juegos olímpicos eran coronados con ramos de oliva del campo de Pisa en el Peloponeso. Estos juegos se hacían de cinco en cinco años, por lo que contaban el tiempo por olim-



Cum, maris Euxini positos ad læva, Tomitas  
 Quærere me læsi principis ira jubet.  
 Causa<sup>1</sup> meæ cunctis nimum quoque nota ruinae  
 Indicio non est testificanda meo.  
 Quid referam comitumque<sup>2</sup> nefas, famulosque nocentes?  
 Ipsâ multa tuli non leviora fugâ.  
 Indignata<sup>3</sup> malis mens est succumbere, seque  
 Præstitit invictam viribus usa suis:  
 Oblitusque mei, ductæque per otia vitæ,  
 Insolitâ cepi<sup>4</sup> temporis arma manu.  
 Totque tuli terrâ casus pelagoque, quot inter<sup>5</sup>  
 Occultum stellæ conspicuumque polum.  
 Tacta mihi<sup>6</sup> tandem longis erroribus acto  
 Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.  
 Hic ego, finitimis quamvis circumsoner<sup>7</sup> armis,  
 Tristia, quo possum, carmine fata levo.  
 Quod quamvis nemo est, cujus referatur ad aures,  
 Sic tamen absumo<sup>8</sup>, decipioque diem.  
 Ergo, quod vivo, durisque laboribus obsto,  
 Nec me sollicitæ tædiæ<sup>9</sup> lucis habent;  
 Gratia, Musa, tibi: nam tu solatia præbes  
 Tu curæ requies, tu medicina mali,

diez veces los premios. <sup>1</sup>Causa, la causa de mi destierro, demasiado notoria á todos, no necesita confirmarse con mi testimonio. <sup>2</sup>Comitumque, y la maldad de los que me acompañaron al destierro. <sup>3</sup>Indignata, no tuvo á bien mi corazón rendirse á los infortunios. <sup>4</sup>Insolitâ cepi, me armé de paciencia, contra lo que tenía de costumbre. <sup>5</sup>Quot inter, como estrellas hay entre el polo ártico y el antártico. <sup>6</sup>Tacta mihi, despues de haber andado vagando por muchos descaminos llegué á la region de Sarmacia. <sup>7</sup>Circumsoner, me aturde el estrépito de las, etc. <sup>8</sup>Absumo, engaño y entretengo el día. <sup>9</sup>Nec tædiæ, ni me dejo poseer de hastio de mi trabajosa vida..

piadas, y así es fácil entender el pensamiento del poeta, que es decir que tenía ya mas de cincuenta años.

Arma temporis, llama á la paciencia arma del tiempo, porque cuando una desgracia no puede remediarse, la hace mas llevadera la paciencia, conforme al dicho de Horacio en la

oda 24 del libro 1.º á Virgilio: *Durum, sed levius fit patientiâ, quidquid corrigere est nefas.*

Occultum, llamaba oculto al antártico, porque para él lo estaba hallando en aquella tierra.

Totque, hipérbole.

Tu dux, tu comes es: tu nos abducis<sup>1</sup> ab Istro,  
 In medioque mihi das Helicone<sup>2</sup> locum.  
 Tu mihi (quod rarum) vivo sublime dedisti  
 Nomen, ab exsequiis<sup>3</sup> quoddare fama solet.  
 Nec, qui detrectat præsentia, livor iniquo  
 Ullum de nostris dente momordit opus:  
 Nam tulerint magnos cum<sup>4</sup> sæcula nostra poetas,  
 Non fuit ingenio fama maligna meo.  
 Cumque ego præponam multos mihi, non minor illis  
 Dicor, et in toto plurimus<sup>5</sup> orbe legor.  
 Si quid habent igitur vatium præsentia verî,  
 Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.  
 Sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam  
 Jure, tibi grates, candide lector, ago.

<sup>1</sup>Abducis, tú me sacas fuera de los Tomitas. <sup>2</sup>Medio Helicone, entre las Musas. <sup>3</sup>Ab exsequiis, despues de la muerte. <sup>4</sup>Nam cum, porque habiendo habido en nuestro siglo grandes poetas. <sup>5</sup>Plurimus, soy leido de muchísimos.

Istro, el rio Danubio, próximo al lugar de su destierro: Como el alma está mas bien donde piensa que donde anima, por eso dice el poeta que la Musa le saca fuera de su destierro, y le da lugar en Helicon.

## EPIST II LIB. I. DE PONTO AD MAXIMUM.

Maxime, qui tanti mensuram nominis implet<sup>1</sup>,  
 Et geminas animi nobilitate genus;  
 Qui nasci ut posses, quamvis cecidere trecenti,  
 Non omnes Fabios abstulit una<sup>2</sup> dies;

INTERP. <sup>1</sup>Qui implet, que haces igual tu nombre con las obras y das doble lustre á tu linaje con la nobleza de tu corazón. <sup>2</sup>Non una, no murieron todos los Fabios en un día..

ARG. Se capta el poeta la benevolencia de Máximo por medio de sus alabanzas, y se concilia su atención, manifestándole el peligro de los enemigos entre quienes se halla desterrado, el triste aspecto del lugar, el sentimiento grandísimo que de todo esto le resulta, y por último le suplica que interponga por él su mediación con Augusto, á fin de que se le traslade á otro destierro ménos penoso.

NOTAS. Non omnes, habiendo ido á la guerra de Toscana contra los Veientes 306 personas de la familia de los Fabios, quedó en su casa uno solo



Forsitan, hæc a quo mittatur epistola, quæras,  
 Quique loquar tecum, certior esse velis  
 Hei mihi! quid faciam? vereor ne, nomine lecto,  
 Durus et aversâ<sup>1</sup> cetera mente legas.  
 Viderit hæc si quis; tibi me scripsisse fateri  
 Audebo, et propriis ingemuisse malis?  
 Viderit, audebo tibi scripsisse fateri,  
 Atque modum culpæ notificare<sup>2</sup> meæ.  
 Qui, cum me pœnâ dignum graviore fuisse  
 Confitear, possum vix graviora pati.  
 Hostibus in mediis interque pericula versor,  
 Tanquam cum patriâ pax sit adempta mihi  
 Qui, mortis sævo gement ut vulnere causas  
 Omnia vipereo spicula felle linunt  
 His<sup>3</sup> eques instructus perterrita mœnia lustrat,  
 More lupi clausas circumeuntis oves  
 At semel intentus nervo levis arcus<sup>4</sup> equino,  
 Vincula semper habens irresoluta, manet.  
 Tecta rigent<sup>5</sup> fixis veluti vallata sagittis,  
 Porta que vix firmâ summovet arma serâ.  
 Adde loci<sup>6</sup> faciem nec fronde nec arbore tecti,  
 Et quod iners hiemi continuatur hiems.  
 Hic me pignantem cum frigore, cumque sagittis,  
 Cumque meo fato, quarta fatigat<sup>7</sup> hiems.  
 Fine carent lacrymæ, nisi cum<sup>8</sup> stupor obstitit illis,  
 Et similis morti pectora torpor habet.

<sup>1</sup> *Durus et aversâ*, con repugnancia y disgusto. <sup>2</sup> *Notificare*, y te he manifestado el exceso de mi delito. <sup>3</sup> *His (id est, spiculis)*, armado de estas saetas recorre los muros, que atomoriza á manera del lobo, etc. <sup>4</sup> *Arcus intentus*, el ligero arco una vez tirante con la cuerda de cerdas de caballo, permanece siempre sin alojarse. <sup>5</sup> *Tecta rigent*, causan horror los techos de las casas, como rodeados de saetas clavadas en ellos, y la puerta de la ciudad con dificultad nos defiende de las armas con sus firmes cerrojos. <sup>6</sup> *Adde loci*, junta á esto el aspecto de este sitio, donde no reverdece ni yerba ni árbol, y en el que un dilatado invierno se da la mano con otro. <sup>7</sup> *Quarta fatigat*, hace ya cuatro años que peleo aquí con, etc. <sup>8</sup> *Nisi cum*, sino cuando el asombro las detiene, y un entorpecimiento semejante á la muerte se apodera de mi corazón...

por su corta edad, y habiendo muerto en un día todos los otros. Fabios en la guerra, el único que quedó propagó despues esta familia

Felicem Niobem, quamvis tot funera vidit,  
 Quæ posuit sensum, saxea<sup>1</sup> facta, mali!  
 Vos quoque felices, quarum clamantia<sup>2</sup> fratrem  
 Cortice velavit populus ora novo!  
 Ille ego sum, lignum qui non admittar in ullum:  
 Ille ego sum, frustra qui lapis esse velim.  
 Ipsa Medusa oculis veniat licet obvia<sup>3</sup> nostris,  
 Amittat vires ipsa Medusa suas.  
 Vivemus, ut sensu nunquam careamus amaro  
 Et gravior longâ fit mea pœna morâ.  
 Sic<sup>4</sup> inconsumptum Tityi semperque renascens  
 Non perit, ut possit sæpe perire, jecur.  
 At puto<sup>5</sup>, cum requies medicinaque publica curæ  
 Somnus adest, solitis nox venit orba malis  
 Somnia<sup>6</sup> me terrent veros imitantia casus,  
 Et vigilant sensus in mea damna mei.  
 Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas,  
 Aut dare captivas ad fera vincla manus  
 Aut, ubi decipior melioris imagine somni,  
 Aspicio patriæ tecta relicta meæ.  
 Et modò vobiscum, quos sum veneratus, amici,  
 Et modò cum carâ conjugè, multa loquor.  
 Sic, ubi percepta est brevis et non vera voluptas,  
 Pejor ab admonitu<sup>7</sup> fit status iste boni.

<sup>1</sup> *Saxea*, convertida en piedra dejó de sentir desgracias. <sup>2</sup> *Clamantia*, que llorando á vuestro hermano fuisteis convertidas en verdes álamos. <sup>3</sup> *Obvia*, se presentará á mi vista. <sup>4</sup> *Sic*, á la manera que las entrañas de Ticio sin consumirse, etc. <sup>5</sup> *At puto*, pero sin duda que cuando viene el sueño, descanso y medicina comun de los cuidados, pasará la noche sin las penas costumbres (ironía). <sup>6</sup> *Somnia*, me aterran unos sueños que me representan desgracias verdaderas. <sup>7</sup> *Ab admonitu*, por el recuerdo del bien...

*Felicem Niobem*, Niobe, hija de Tántalo y Taigeta, y mujer de Anfiction, tuvo siete hijos y siete hijas; y por haberse burlado de Diana porque era estéril, quitó esta diosa la vida á sus catorce hijos, y fingen los poetas que á la madre la convirtió en piedra. Vos quoque, las tres Heliades ó hijas del sol, llamadas Faetusa, Lampetusa y Lampetice, hermanas de Fac-

tonte, por tanto llorar la muerte de su hermano, fueron convertidas en álamos.

*Tityi*, de Ticio. Este fué hijo de Júpiter y de Elara, al cual por haber injuriado á Latona le quitó la vida Apolo, y fué arrojado al infierno, en donde un huire le despedaza siempre las entrañas, sin acabar jamas de consumirse las.



Sive dies<sup>1</sup> igitur caput hoc miserabile cernit,  
 Sive pruinosi noctis aguntur equi;  
 Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis,  
 Ignibus admotis ut nova cera solet.  
 Sæpe precor mortem, mortem quoque<sup>2</sup> deprecor idem,  
 Ne mea Sarmaticum contegat ossa soluin.  
 Cum subit, Augusti quæ sit clementia, credo  
 Mollia naufragiis littora<sup>3</sup> posse dari.  
 Cum video quàm sint mea fata tenacia, frangor<sup>4</sup>;  
 Spesque levis magno victore cadit<sup>5</sup>.  
 Nec tamen ulterius quidquam sperove precorve,  
 Quàm malè mutato posse carere<sup>6</sup> loco.  
 Authoc, aut nihil est, pro me tentare modestè  
 Gratia quod<sup>7</sup> salvo vestra pudore queat.

<sup>1</sup>*Sive dies*, ó ya pues el día ve esta mi vida miserable, ó ya sean agitados los escarchados caballos de la noche (esto es, ó ya llega la noche, que es causa de la escarcha). <sup>2</sup>*Mortem quoque*, yo mismo la rehuso, porque no queden mis huesos sepultados en la tierra de Sarmacia. <sup>3</sup>*Mollia littora*, que se me puede conceder un lugar mas benigno para mi destierro (alegoria). <sup>4</sup>*Frangor*, me acobardo. <sup>5</sup>*Cadit*, decae. <sup>6</sup>*Posse carere*, que poder salir de este lugar que por mi desdicha he trocado por mi patria; otros, que poder pasar á otro lugar, aunque sea también malo. <sup>7</sup>*Quod gratia*, lo que sin perjuicio de tu modestia puede intentar tu valimiento con el César.

### EPIST. I. LIB. II. AD GERMANICUM CÆSAREM.

Huc quoque Cæsarei pervenit fama triumphi<sup>1</sup>,  
 Languida<sup>2</sup> quò fessi vix venit aura Noti.  
 Nil fore dulce mihi Scythicâ regione putavi,  
 Jam minùs hic odio est, quàm fuit antè, locus.

INTERP. <sup>1</sup>*Cæsarei triumphi*, del triunfo del César. <sup>2</sup>*Languida*, á donde apénas llega el débil soplo del fatigado viento sud.

ARG. Pondera el gozo que le causó la noticia del triunfo de Tiberio Nerón: alaba la clemencia del César, esperando de él, que puesto que tan piadoso había sido con los prisioneros de guerra, lo sería mas bien con él. Por último suplica á los dioses que

concedan á Tiberio mas dilatada vida.

NOTAS. *Cæsarei*, honró el senado al César con la ovacion, porque sujetó al Ilírico y la Panonia.

*Languida*, dice esto por la muy grande distancia que hay desde Roma al Ponto Euxino.

Tandem aliquid, pulsá curarum nube, serenum  
 Vidi, fortunæ verba<sup>1</sup> dedique meæ.  
 Nolit ut<sup>2</sup> ulla mihi contingere gaudia Cæsar,  
 Velle potest cuivis<sup>3</sup> hæc tamen una dari.  
 Dì quoque, ut a cunctis hilari pietate colantur,  
 Tristitiam poni<sup>4</sup> per sua festa jubent.  
 Dedique, quod certus furor<sup>5</sup> est audere fateri,  
 Hac ego lætitiâ, si vetel<sup>6</sup> ipse, fruam  
 Juppiter utilibus quoties juvat imbribus agros<sup>7</sup>,  
 Mixta tenax segeti crescere lappa<sup>8</sup> solet.  
 Nos quoque frugiferum sentimus<sup>9</sup>, inutilis herba,  
 Numen; et invitâ sæpe juvatur<sup>10</sup> ope.  
 Gaudia Cæsareæ mentis pro parte<sup>11</sup> virili  
 Sunt mea; privati<sup>12</sup> nil habet illa domus.  
 Gratia, Fama, tibi: per quam spectata triumphi  
 Incluso mediis est mihi pompa Getis.  
 Indice te didici, nuper visenda coisse  
 Innumeras gentes ad ducis ora<sup>13</sup> sui.  
 Quæque capit vastis immensum<sup>14</sup> mœnibus orbem,  
 Hospitiis Romam vix habuisse locum.  
 Tu mihi narrásti, cum multis lucibus<sup>15</sup> antè  
 Fuderit assiduas nubilus Auster aquas,  
 Numine cœlesti Solem fulsisse serenum,

<sup>1</sup>*Fortunæ verba*, y he engañado á mi desgraciada suerte. <sup>2</sup>*Nolit ut*, aunque no quiera. <sup>3</sup>*Cuivis*, que cualquiera que sea disfrute de la alegría de este triunfo. <sup>4</sup>*Tristitiam poni*, que no hay tristeza en sus festividades. <sup>5</sup>*Certus furor*, es manifiesta locura. <sup>6</sup>*Si vetel*, aunque él mismo me lo prohiba. <sup>7</sup>*Juvat agros*, fertiliza los campos. <sup>8</sup>*Tenax lappa*, el tenaz lampazo. <sup>9</sup>*Frugiferum sentimus*, experimento la povechosa influencia. <sup>10</sup>*Invitâ juvatur*, aun sin quererlo el César soy favorecido. <sup>11</sup>*Pro parte*, en cuanto está de mi parte. <sup>12</sup>*Privati*, que no se comuniquen á los demas. <sup>13</sup>*Ad ora*, á la presencia de Tiberio su capitán. <sup>14</sup>*Immensum*, una inmensa multitud de gentes. <sup>15</sup>*Multis lucibus*, habiendo muchos dias ántes el nebuloso viento sud arrojado copiosas lluvias...

*Fortunæ*, da á entender que estando siempre afligido, había tenido sumo gozo con la noticia del triunfo de Tiberio.

*Tenax*, esta es la yerba llamada lampazo, ó por otro nombre amor del

hortelano, cuyas ramas se clavan muy fácilmente en la ropa, y con dificultad se desenredan, por cuya razon da el poeta á esta yerba el bello epíteto de *tenax*.



Cum populi vultu conveniente<sup>1</sup> die.  
 Atque ita<sup>2</sup> victorem, cum magnæ vocis honore,  
 Bellicæ laudatis dona dedisse viris :  
 Claraque sumpturum pictas insignia vestes,  
 Tura prius sanctis imposuisse focis :  
 Justitiamque<sup>3</sup> sui castè placâsse parentis,  
 Illo quæ templum pectore<sup>4</sup> semper habet.  
 Quaque ierit, felix adjectum<sup>5</sup> plausibus omen,  
 Saxaque<sup>6</sup> roratis erubuisse rosis.  
 Protinus argento versos imitantia muros,  
 Barbara cum victis oppida<sup>7</sup> lata viris.  
 Fluminaque, et montes, et in altis pascua silvis,  
 Armaque cum telis in strue<sup>8</sup> mixta suis :  
 Deque triumphato<sup>9</sup>, quod sol incenderit, auro  
 Aurea Romani tecta fuisse fori.

<sup>1</sup> *Conveniente*, conformándose el día. <sup>2</sup> *Atque ita*, y que el vencedor con grande alabanza del valor de los soldados repartió los premios militares á los que fueron elogiados, y que estando ya Tiberio para ponerse las brillantes insignias y el triunfal vestido. <sup>3</sup> *Justitiam*, y que habia honrado religiosamente á la justicia, cuya estatua habia dedicado su padre (Augusto). <sup>4</sup> *Pectore illo*, en su corazon. <sup>5</sup> *Felix adjectum*, añadieron á los aplausos un feliz agüero. <sup>6</sup> *Saxaque*, y que las piedras con las frescas rosas habian tomado el color de ellas. <sup>7</sup> *Oppida barbara*, que eran llevadas en el triunfo las imágenes de plata de los pueblos bárbaros, que representaban los muros arruinados. <sup>8</sup> *In strue*, en el trofeo. <sup>9</sup> *Deque triumphato*, y que las casas de la plaza de Roma habian parecido doradas por el resplandor que el sol comunicó al oro que habia llevado en el triunfo...

*cum magna*, siempre que salian en triunfo los grandes capitanes, alababan el valor de los soldados que con mas deudo se habian portado en la batalla, y á esto alude el *vocis honore* del poeta.  
*Bellicæ dona*, estos premios eran de los despojos de los enemigos; y se reducian á lanzas, collares, sortijas y otras cosas de las que habian tomado á sus enemigos.

*Pictas vestes*, este vestido triunfal de gala era la túnica palmata y la toga pintada: la túnica palmata em

toda encarnada, y tenia una banda bordada de oro de la anchura de la palma de la mano, por cuya razon se le dió el nombre de palmata; y la toga pintada tenia tambien muchas labores de púrpura y de oro. Las insignias eran una corona de laurel, un ramo que llevaban en la mano, y un corazon de oro, ó de plata, que se ponian en el pecho.

*Versos*, en vez de *curvos*.

*In strue*, en los triunfos iban las armas hacinadas, ó puestas de monton unas sobre otras.

Totque tulisse<sup>1</sup> duces captivis addita collis  
 Vincula, pæne hostes quot satis esse fuit.  
 Maxima pars horum vitam veniamque tulerunt :  
 In quibus et belli summa caputque Bato<sup>2</sup>.  
 Cur ego posse negem minui mihi numinis<sup>3</sup> iram,  
 Cum videam mites hostibus esse deos?  
 Pertulit huc idem nobis, Germanice, rumor,  
 Oppida sub titulo nominis isse<sup>4</sup> tui,  
 Atque ea te contra, nec muri mole, nec armis,  
 Nec satis ingenio<sup>5</sup> tuta fuisse loci  
 Di tibi dent annos! a te nam cetera sumes,  
 Sint modò virtuti tempora longa tuæ.  
 Quod precor eveniet, sunt quiddam<sup>6</sup> oracula vatum :  
 Nam Deus optanti prospera signa dedit.  
 Te quoque victorem Tarpeias scandere in arces<sup>7</sup>  
 Læta coronatis Roma videbit equis :  
 Maturisque<sup>8</sup> Pater nati spectabit honores,  
 Gaudia percipiens, quæ dedit ipse suis.  
 Jam nunc<sup>9</sup> hæc a me, juvenum belloque togâque  
 Maxime, dicta tibi vaticinante nota.  
 Hunc quoque carminibus referam fortasse triumphum,  
 Sufficiat nostris si modò vita<sup>10</sup> malis,

<sup>1</sup> *Totque tulisse*, el órden es: *Totque duces tulisse vincula addita collis captivis, quot pæne satis fuit esse hostes*, y que llevaron en sus cautivos cuellos las prisiones tantos capitanes, cuantos casi bastarian para formar un ejército. <sup>2</sup> *Bato belli*, Baton, el principal y el todo de la guerra. <sup>3</sup> *Numinis*, del César. <sup>4</sup> *Oppida isse*, que fueron llevadas en el triunfo las estatuas ó modelos de las ciudades. <sup>5</sup> *Ingenio*, por su situacion. <sup>6</sup> *Sunt quiddam*, algo suelen atinar los vaticinios de los poetas. <sup>7</sup> *In arces*, al monte Capitolino. <sup>8</sup> *Maturos*, verâ las dignidades que obtendrás en la edad madura. <sup>9</sup> *Jam nunc*, órden: *O maxime juvenum belloque togâque, nota jam nunc hæc dicta tibi a me vaticinante*. O tú que en los negocios militares y civiles eres el mas esclarecido de los jóvenes, apunta desde ahoralo que yo vaticinando te acabo de decir. <sup>10</sup> *Si modò vita*, si es que me queda la vida despues de mis desgracias...

*Bato*, capitán de los Dálmatas, que abiendo la vida á Tiberio consiguió á él el perdón.  
*Deus*, Augusto y Tiberio.  
*Deus*, Apolo.  
*Arces Tarpeias*, llamóse Tarpeyo

el monte Capitolino, porque los Sabinos quitaron la vida allí á una de las virgenes vestales llamada Tarpeya, la cual con traicion habia entregado á los enemigos aquel sitio.



Imbuero Scythicas si non prius<sup>1</sup> ipse sagittas,  
 Abstuleritque ferox hoc caput ense Getes.  
 Quòd si, me salvo, dabitur tibi laurea templis,  
 Omnia bis dices<sup>2</sup> vera fuisse mea.

<sup>1</sup>Si non prius, si primero no fuere yo traspasado con las saetas de los Escitas. <sup>2</sup>Bis dices, dirás que por dos veces han salido verdaderos mis pronósticos.

Bis dices, dice esto porque en la elegía II del lib. IV de los Tristes, se lo pronostica á Germánico, y ambos lo consiguieron. pronosticó el triunfo á Tiberio, y aho-

EPIST. IX. AD COTYM.

Regia progenies, cui<sup>1</sup> nobilitatis origo  
 Nomen in Eumolpi pervenit usque, Coty;  
 Fama loquax vestras si jam pervenit ad aures,  
 Me tibi finitimi parte jacere<sup>2</sup> soli:  
 Supplicis exaudi, juvenum mitissime, vocem,  
 Quamque potes profugo (nam potes<sup>3</sup>) affer opem  
 Me fortuna tibi (de quâ ne conquerar<sup>3</sup>, hoc est)  
 Tradidit: hoc uno non inimica mihi.  
 Excipe naufragium<sup>4</sup> non duro littore nostrum,  
 Ne fuerit terrâ tutior unda tuâ.  
 Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.  
 Convenit et tanto, quantus es ipse, viro.

INTERP. <sup>1</sup>Cui, cuya nobleza reconoce á Eumolpo por su primer tronco. <sup>2</sup>Me jacere, que estoy desterrado en un lugar, etc. <sup>3</sup>Ne conquerar, de la cual en esto no me puedo quejar, pues es lo único en que no se me ha manifestado contraria. <sup>4</sup>Excipe naufragium, recíbeme con benignidad como á quien ha padecido naufragio, para que no parezca que he estado mas seguro en mis trabajos que des-

ARG. Escribe esta carta Ovidio á Cotis, rey de Tracia, alabándole por la nobleza de su linaje, y haciéndole ver que es una cosa muy propia de los reyes y de los dioses el amparar á los infelices, que tiene algun mayor motivo para experimentar su protección por el estudio de la poesia, á

la que este rey era tambien sumamente aficionado, y le suplica que, ya que vive desterrado cerca de su reino, haga que no le molesten sus vasallos.

NOTAS. Eumolpi, Eumolpo fué rey de Tracia, hijo de Neptuno. Excipe naufragium, alegoría.

Fortunam decet noc istam: quæ maxima cum sit,  
 Esse potest animo vix tamen<sup>1</sup> æqua tuo.  
 Conspicitur<sup>2</sup> nunquam meliore potentia causâ,  
 Quam quoties vanas non sinit esse preces.  
 Hoc nitor ille tui generis desiderat<sup>3</sup>: hoc est  
 A superis ortæ nobilitatis opus.  
 Hoc tibi et Eumolpus, generis clarissimus auctor<sup>4</sup>,  
 Et prior Eumolpo suadet<sup>5</sup> Erichthonius.  
 Hoc tecum<sup>6</sup> commune deo, quòd uterque rogati  
 Supplicibus vestris ferre soletis opem.  
 Numquid erit<sup>7</sup> quare solito dignemur honore.  
 Numina, si demas velle juvare deos?  
 Jupiter oranti surdas si præbeat aures,  
 Victima pro templo<sup>8</sup> cur cadat icta Jovis?  
 Si pacem<sup>9</sup> nullam Pontus mihi præstet eunti<sup>10</sup>,  
 Irrita<sup>11</sup> Neptuno cur ego tura feram?  
 Vana laborantis si fallat<sup>12</sup> vota coloni,  
 Accipiat gravidæ cur suis exta<sup>13</sup> Ceres?  
 Nec dabit<sup>14</sup> inonso jugulum caper hostia Baccho,  
 Musta sub adducto si pede nulla fluant.  
 Cæsar ut imperii moderetur frena, precamur,  
 Tam<sup>15</sup> bene quo patriæ consulit ille suæ.

pues de haberme acogido á tu proteccion. <sup>1</sup>Vix tamen, apénas puede igualar á la grandeza de tu corazon. <sup>2</sup>Conspicitur, nunca se ve el poder mas bien acreditado que cuando, etc. <sup>3</sup>Desiderat, pide. <sup>4</sup>Auctor, tronco. <sup>5</sup>Suadet, quiere de ti. <sup>6</sup>Hoc tecum, esto tienes de comun con el César, ó en esto te pareces, etc. <sup>7</sup>Numquid erit, habrá acaso algun motivo por el que tengamos á los dioses por dignos del acostumbrado honor, dado caso que les quites. <sup>8</sup>Pro templo, delante del templo. <sup>9</sup>Pacem, seguridad. <sup>10</sup>Eunti, en mi navegacion. <sup>11</sup>Irrita, en balde. <sup>12</sup>Si fallat, si no corresponde. <sup>13</sup>Gravidæ suis exta, las entrañas de una puerca preñada. <sup>14</sup>Nec dabit, ni el cabrito ofrecerá su cuello al cuchillo en honra del desbarbado Baco, si ningun mosto dan las uvas despues de pisadas. <sup>15</sup>Quo (imperio) tam, en el que mira él tambien por su patria.

Erichthonius, Erictonio, rey de Aténas, bisabuelo materno de Eumolpo.

Hoc tecum commune, en ninguna cosa se parecen mas á Dios los hom-

bres que en socorrer á los infelices: lo mismo dice Ciceron en la oracion pro Quinto Ligario: Homines ad deos nullâ re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando



Utilitas<sup>1</sup> igitur magnos hominesque deosque  
 Efficit, auxiliis quoque favente suis.  
 Tu quoque<sup>2</sup> fac prosis<sup>3</sup> intra tua castra jacenti,  
 O Coty, progenies digna parente tuo.  
 Conveniens<sup>4</sup> homini est, hominem servare, voluptas,  
 Et meliùs<sup>5</sup> nullâ quæritur arte favor.  
 Quis non<sup>6</sup> Antiphaten Lestrygona devovet? aut quis  
 Munifici mores improbat Alcinoi?  
 Non tibi Cassandreus<sup>7</sup> pater est, gentisque Pherææ;  
 Quive repertorem torruit<sup>8</sup> arte suâ;  
 Sed quàm Marte ferox<sup>9</sup>, et vinci nescius armis,  
 Tam nunquam; factâ pace, cruoris amans.  
 Adde, quòd ingenuas didicisse fideliter artes  
 Emollit mores, nec sinit esse ferus.  
 Nec regum quisquam magis est instructus ab illis,  
 Mitibus aut studiis<sup>10</sup> tempora plura dedit.  
 Carmina testantur; quæ, si tua nomina demas,  
 Threicium juvenem composuisse negem<sup>11</sup>  
 Neve sub hoc<sup>12</sup> tractu vates foret unicus Orpheus,

<sup>1</sup>Utilitas, el bien que comunican hace, etc. <sup>2</sup>Quoque, amando cada cual á quienes le socorren. <sup>3</sup>Fac prosis, socorre á quien se halla desterrado en tierra sujeta á tu dominio. <sup>4</sup>Conveniens, propio. <sup>5</sup>Et meliùs, y por ningun otro medio mejor se concilia el aprecio. <sup>6</sup>Quis non? ¿quién habra que no abomine de Antifates, rey de los Lestrygones? <sup>7</sup>Non tibi Cassandreus, no es tu padre Apolodoro, ó de la familia Ferea. <sup>8</sup>Quive torruit, ó aquel que tostó en su máquina al que la habia inventado. <sup>9</sup>Marte feros, cuanto eres fuerte en la guerra, é invencible en las armas, tan enemigo eres de derramar sangre, etc. <sup>10</sup>Mitibus studiis, á los estudios pacíficos, ó propios del tiempo de paz. <sup>11</sup>Negem, no diria que los habia compuesto un jóven tracio. <sup>12</sup>Nec sub hoc, y para que en esta comarca no fuese Orfeo el único poeta.

Antiphaten, de este rey dice Homero que se comió á un compañero de Ulises.

Munifici Alcinoi, del generoso Alcino. Fué este rey de Feacia, hijo de Nausito, el que por su natural generosidad hospedó en su casa á Ulises despues que padeciò el naufragio, y le tuvo un convite propio de un rey.

Cassandreus, fué este un tirano cruel de la ciudad de Casandra de

Macedonia, y por eso le llama el poeta Casandreus.

Quive repertorem, Fálaris fué el que hizo quemar vivo á Perilo dentro de un buey de bronce que por orden suya habia inventado para atormentar á los delincuentes.

Threicium juvenem, en aquel tiempo tenian á los de Tracia por muy bárbaros, y ajenos del estudio de la

Bistonis ingenio terra<sup>1</sup> superba tuo est  
 Utque tibi est<sup>2</sup> animus, cum res ita postulat, arma  
 Sumere, et hostili tingere cæde manum  
 Atque ut es<sup>3</sup> excusso jaculum torquere lacerto,  
 Collaque velocis flectere doctus equi;  
 Tempora sic data sunt studiis ubi justa paternis<sup>4</sup>,  
 Utque suis<sup>5</sup> humeris fortè quievit opus;  
 Ne tua<sup>6</sup> marcescant per inertes otia somnos,  
 Lucida Pieriâ tendis in astra viâ<sup>7</sup>.  
 Hæc quoque res aliquid tecum mihi fœderis offert:  
 Ejusdem sacri<sup>8</sup> cultor uterque sumus.  
 Ad vatem vates orantia brachia tendo,  
 Terra sit<sup>9</sup> exsiliis ut tua fida meis.  
 Non ego cæde nocens<sup>10</sup> in Pontica littora veni,  
 Mixtave<sup>11</sup> sunt nostrâ dira venena manu:  
 Nec mea subjectâ convicta est gemma<sup>12</sup> tabellâ  
 Mendacem linis imposuisse notam:  
 Nec quidquam, quod lege veter comittere, fecit:  
 Et tamen his gravior noxa fatenda mihi est.  
 Neve roges quid sit; stultam conscripsimus Artem:  
 Innocuas nobis hæc vetat esse manus.

<sup>1</sup>Terra Bistonis, la Tracia se gloria. <sup>2</sup>Utque tibi est, y así como lienes valor. <sup>3</sup>Atque ut doctus es, y así como estás diestro en disparar el dardo con el impulso de tu brazo, y manejar, etc. <sup>4</sup>Studiis paternis, en los ejercicios de tu padre. <sup>5</sup>Utque suis, y luego que dejó esta penosa carrera. <sup>6</sup>Ne tua, para no entorpecerte en la paz con un ocioso descanso. <sup>7</sup>Via Pieriâ, por el camino de las Musas (esto es, por la poesia). <sup>8</sup>Ejusdem sacri, de una misma deidad (esto es, de Apolo). <sup>9</sup>Terra sit, para que tu reino me favorezca en mi desgracia ó en mi destierro. <sup>10</sup>Cæde nocens, por homicidio. <sup>11</sup>Mixtave, ni se han mezclado mis manos en dar cruelmente ningun veneno. <sup>12</sup>Nec gemma, ni he sido convencido de haber sellado con falso sello ninguna escritura...

Terra Bistonis, llámase Tracia Bistonía por el lago Biston, cercano á la ciudad de Abdera.

Studiis paternis, la milicia, á que sumamente era inclinado.

Subjectâ tabellâ, en aquel tiempo se escribia con un puuzón llamado estilo en unas tablillas enceradas, las que despues de escritas juntaban y

ataban ordinariamente con una cuerdecilla de lino, sobre cuyo lazo o nudo ponian un sello, el que solian abrir en alguns piedra preciosa que traian en el anillo; en el sello ponian la imágen de algun varon insigne, ó de alguno de los mas señalados de sus ascendientes.



Ecquid prætere peccârim, quærere noli:  
 Ut pateat solâ culpa sub Arte mea.  
 Quidquid id est, habui<sup>1</sup> moderatam vindicis iram.  
 Qui, nisi natalem, nihil mihi dempsit humum<sup>2</sup>  
 Hac quoniam careo, tua, nunc vicinia præstet,  
 Inviso possim tutus ut esse loco.

<sup>1</sup>Habui, estuvo muy moderada conmigo la ira del que me ha dado la sentencia (esto es, de Augusto). <sup>2</sup>Natalem humum, la tierra en que me he criado.

*Natalem humum*, no da á entender aquí el poeta el lugar de su nacimiento, puesto que no nació en Roma sino en Sulmona; pero se explica en estos términos por la pasión que á Roma tenía, y porque en esta ciudad fué en donde nació á las ciencias

EPIST. IV. LIB. IV. AD SEXTUM POMPEIUM.

Nulla<sup>1</sup> dies adè est australibus humida nimbis  
 Non intermissis ut fluat imber aquis.  
 Nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo  
 Mixta fere duris<sup>2</sup> utilis herba rubis.  
 Nil adè fortuna gravis miserabile<sup>3</sup> fecit,  
 Ut minuant nulla gaudia parte malum.  
 Ecce domo, patriâque carens, oculisque meorum,  
 Naufragus in Getici littoris actus<sup>4</sup> aquas;  
 Quâ tamen<sup>5</sup> inveni vultum diffundere causâ  
 Possem, fortunæ nec meminisse meæ.

INTERP. <sup>1</sup>Nulla, no hay dia, por húmedo que sea con las lluvias que ocasiona el viento sud, en que llueva sin cesar. <sup>2</sup>Duris, espinosas. <sup>3</sup>Adè miserabile, tan desgraciada que la alegría no disminuía en algo las penas. <sup>4</sup>Actus, obligado á naufragar en, etc. <sup>5</sup>Quâ tamen, órden: *inveni tamen, id est causam, quâ causâ possem diffundere vultum*, he hallado no obstante algun motivo con que poder serenarme, y olvidarme de mi desdicha

ARG. Dice el poeta que ninguna desdicha hay tan grande que no tenga alguna vez algun consuelo, porque estando él una vez explayándose á la orilla del mar, oyó la noticia de que á Pompeyo le habian elegido cónsul,

cuya nueva le causó la mas grande alegría: se lamenta de no poder asistir personalmente cuando tomase la posesion de su nuevo empleo, y le suplica que durante él no le eche en olvido.

Nam mihi, cum fulvâ tristis spatiarer arenâ,  
 Visa est a tergo penna<sup>1</sup> dedisse sonum.  
 Respicio: nec corpus erat, quod cernere possem:  
 Verba tamen sunt hæc aure recepta meâ:  
 En ego lætarum venio tibi nuntia rerum,  
 Fama per immensas aere lapsa vias.  
 Consule Pompeio, quo non tibi carior alter,  
 Candidus<sup>2</sup> et felix proximus annus erit.  
 Dixit. et ut læto<sup>3</sup> Pontum rumore replevit,  
 Ad gentes alias hinc dea<sup>4</sup> vertit iter.  
 At mihi, dilapsis inter nova gaudia curis<sup>5</sup>,  
 Excidit<sup>6</sup> asperitas hujus iniqua loci.  
 Ergo ubi, Jane biceps, longum reseraveris annum,  
 Pulsus et a sacro mense december erit;  
 Purpura Pompeium summi velabit honoris,  
 Ne titulis quidquam debeat ille suis.  
 Cernere jam videor rumpi penetralia<sup>7</sup> turbâ,  
 Et populum lædi<sup>8</sup> deficiente loco;  
 Templaque Tarpeia<sup>9</sup> primum tibi sedis adiri,  
 Et fieri faciles in tua vota deos;  
 Colla boves niveos certæ præbere securi<sup>10</sup>,  
 Quos aluit campis herba Falisca<sup>11</sup> suis:  
 Cumque deos<sup>12</sup> omnes, tum quos impensius æquos  
 Esse tibi cupias, cum Jove Cæsar erit

<sup>1</sup>Penna visa est, me pareció que hizo ruido una cosa que volaba. <sup>2</sup>Candidus, dichoso. <sup>3</sup>Ut læto, luego que llenó el Ponto de esta alegre noticia, ó que esparció por, etc. <sup>4</sup>Dea, la misma fama. <sup>5</sup>Dilapsis curis, desechados los cuidados. <sup>6</sup>Excidit mihi, me olvidé de la desagradable aspereza de este lugar. Luego pues que tú, ó Jano de dos caras, dieres principio al año que se ha tardado en llegar, y concluido el Diciembre comenzare el sagrado mes de Enero, vestirá Pompeyo la púrpura del mayor honor (del consulado). <sup>7</sup>Penetralia, lo interior de tu casa. <sup>8</sup>Et populum lædi, y estar el pueblo en apretura. <sup>9</sup>Templa Tarpeia, el templo de Júpiter Capitolino, y estar los dioses propicios. <sup>10</sup>Securi certe, al acertado golpe de la segur. <sup>11</sup>Herba Falisca, el pasto de los campos Faliscos. <sup>12</sup>Cumque deos, y deseando tú que te sean propicios todos los dioses; los que

NOTAS. Penna, metonimia, á causa por el efecto, esto es, la penna con que se vuela por el vuelo mismo. Herba Falisca, en estos campos

de Toscana se criaban los toros blancos que habian de servir para los sacrificios.



Curia<sup>1</sup> te excipiet, patresque<sup>2</sup> ex more vocat:  
 Intendent aures ad tua verba suas.  
 Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore,  
 Utque solet<sup>3</sup>, tulerit prospera verba dies;  
 Egeris et meritas superis cum Cæsare grates,  
 Qui causam, facias cur ita sæpe, dabit:  
 Inde domum repetes toto comitante senatu,  
 Officium populi<sup>4</sup> vix capiente domo.  
 Me miserum, turbâ quod non ego cernor in illâ!  
 Nec poterunt istis lumina nostra<sup>5</sup> frui!  
 Quamlibet absentem, quâ possum, mente<sup>6</sup> videbo.  
 Aspiciet vultus consulis illa sui.  
 Di faciant aliquo subeat tibi tempore nostrum<sup>7</sup>  
 Nomen; et, heu! dicas, quid miser ille facit?  
 Hæc tua pertulerit si quis mihi verba, fatebor  
 Protinus exsilium mollius<sup>8</sup> esse meum,

tú deseas con mas particularidad, Júpiter y César te ampararán.  
<sup>1</sup> Curia, el senado. <sup>2</sup> Patresque, y los senadores. <sup>3</sup> Utque solet, y segun costumbre hayas recibido las aclamaciones de aquel dia.  
<sup>4</sup> Officium populi, no pudiendo apénas caber en tu casa la multitud del pueblo que irá á darte la enhorabuena. <sup>5</sup> Lumina nostra, mis ojos. <sup>6</sup> Mente, con mi imaginacion. <sup>7</sup> Subeat tibi nostrum, te acuerdes de mi nombre. <sup>8</sup> Mollius, mas llevadero.

#### EPIST. V. AD EUMDEM JAM CONSULEM

Ite, leves elegi<sup>1</sup>, doctas ad consulis aures,  
 Verbaque honorato<sup>2</sup> ferte legenda viro.  
 Longa via est, nec vos<sup>3</sup> pedibus proceditis æquis:  
 Tecta<sup>4</sup>que brumali sub nive terra latet.

INTERP. <sup>1</sup> Leves, elegi versos elegiacos de poca consideracion.  
<sup>2</sup> Honorato, tan distinguido. <sup>3</sup> Nec vos, ni vosotros camináis con piés iguales. <sup>4</sup> Tecta<sup>4</sup>que, y las nieves del invierno hacen intransita-

ARG. Por una continuada prosopopeya habla el poeta con esta carta que escribe á Pompeyo: la advierte de lo que debe hacer luego que llegue á la ciudad de Roma, y le dice que, en

presentándose á Pompeyo, le diga de su parte que siempre será su afecto servidor por los muchísimos beneficios que le debe.

NOTAS. Nec vos pedibus, habla

Cum geidam Thracem, et opertum nubibus Hamon,  
 Et maris Ionii transieritis aquas;  
 Luce minus<sup>1</sup> decimâ dominam venietis in urbem,  
 Ut<sup>2</sup> festinatum non faciatis iter  
 Protinus inde domus vobis Pompeia<sup>3</sup> petatur:  
 Non est Augusto junctior ulla foro<sup>4</sup>.  
 Si quis, ut in populo, qui sitis, et unde, requiret,  
 Nomina deceptâ quælibet aure ferat.  
 Ut sit enim<sup>5</sup> tutum, sicut reor esse, fateri,  
 Verba minus certè ficta<sup>7</sup> timoris habent.  
 Copia nec vobis ullo prohibente videndi<sup>8</sup>  
 Consulis, ut limen contigeritis, erit.  
 Aut reget ille suos dicendo<sup>9</sup> jura Quirites,  
 Conspicuum signis cum premet altus<sup>10</sup> ebur.  
 Aut populi reditus positam componet<sup>11</sup> ad hastam,  
 Et minui magnæ non sinet urbis opes.  
 Aut, ut erunt patres in Julia templa<sup>12</sup> vocati,  
 De tanto dignis consule rebus aget.

ble el paso. <sup>1</sup> Luce minus, en nueve dias. <sup>2</sup> Ut, aunque. <sup>3</sup> Domus Pompeia, encaminaos á la casa de Pompeyo. <sup>4</sup> Augusto foro, al tribunal ó audiencia de Augusto. <sup>5</sup> Nomina decepta, oiga con engaño el nombre de cualquiera (esto es, no le digais quiénes sois, y ménos mi nombre). <sup>6</sup> Ut sit enim, porque aunque sea cosa segura. <sup>7</sup> Verba ficta, hay ménos temor en fingirlo (ó ocultarlo). <sup>8</sup> Nec copia videndi, ni tendréis vosotros proporcion para ver al consúl. <sup>9</sup> Dicendo, dando leyes. <sup>10</sup> Cum altus, cuando estuviere sentado en su alta silla de marfil, hermoçada con molduras. <sup>11</sup> Aut componet, ó estará proponiendo los tributos del pueblo á pública subasta. <sup>12</sup> In Julia templa, al templo de Venus...

aquí el poeta con el verso exámetro y pentámetro, desiguales por ser el primero de seis piés y el segundo de cinco.

Hamon, el monte Hemo de Tracia, cuya altísima cumbre está casi siempre cubierta de nubes.

Ionii, del mar Adriático. Entiéndese por mar Jonio aquella parte que hay entre la Grecia é Italia, que se llama mar Adriático, y es parte del mar Jonio, pasado el cual se iba á

Brindis, y de allí se podía llegar á Roma en diez dias.

Aut populi reditus, alude á que cuando se proponian á voz de pregónero las alcabalas, los tributos y las rentas para que se encargase de ellas quien mas diese, clavaban en la plaza una lanza en el suelo, á cuya funcion asistian los consules.

In Julia, llamado de Julio por haberle edificado Julio César.